



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XLV. De furto equorum & negotio institoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Acceptis ergò sagittis, pabula retrò hasimenta omnibus conuolui iussit; ac de nobilissimis sagittis, clavos tegularum fabricans, tecto Ecclesiae illos coaptauit. Quæ res quidem, tametsi magna non est, magnæ tamen bonitatis indicio valet; sicut enim ex abundantia cordis sermo; ita etiam ex eadem actio dirigitur. Exterior enim homo celare non potest, qua dispositione interior ambitus sit. Flagrant enim ad proximos per exteriorem studia hominis interioris. Verum ego cuncta sigillatim, quæ ipsius sunt, perstringere non potero: vnum tamen adhuc memorabo, quo eius diligentia & ingenuum, quod habuit ad benè agendum, magis clarescat.

### Defurto equorum & negotio insitioris.

#### C A P V T X L V .

**Q**uidam Oeconomorum eius Rudolphus, vir bonus ac prudens, ad eum propter causas domesticas veniebat. Cumque pro explicandis rebus a liquandū apud eum moraretur, Episcopus, mores suo, egressus visitare xenodochium, stabulum transiuit Oeconomi; vidensque duos equos fortes, eleganti corpore, à comitibus, cuius namque sunt hi; inquirit. Dicunt ei, hos esse Procuratoris sui. Benè, inquit; magni sunt & fortes. Certe portare habent precia & redemptiones captiuorum in terram Pomeranorum. Audierat enim quosdam de baptizatis suis in ciuitate barbararum gentium fuisse captiuatos. Sublati ergò equis, Oeconomus, re cognitā ad Episcopum venit: de via sua & negotiis suis insinuat, equituras repetit, quas si habere non possit, ad omnia se impeditum dicit. Cui Episcopus; non irascaris, obsecro; lucrum quoddam & negotiacionem cogitau. Esto socius. Agamus pariter, ut de fructu & lucro actionis pariter gaudeamus.

Decem equos pannis oneratos in Pomeraniā missi, operata tua indigeo. Omnem igitur annonam, quæ ad vi- sus nostros in partibus Saxonie deposita seruatur, inargentia-

*Timon.  
Edit. Canis.  
lib. 3. cap. 41.*

*Quem in Esum  
equos Procurat-  
oris sui S. Othe-  
destinaris.*

*Pianegotiatio-  
nem S. Othonis in  
Pomeraniā.*

e                    bis:

*Nundinae Ha-*  
*lenses.*

bis : insuper omnes pecunias de redditibus earundem partium, ad nos pertinentium, quas colligere poteris, cuncta simul ad nundinas Halle portabis. Nostri enim nobiles puros & preciosos panus in terra Pomeranorum caros frugi mercatu haud inueniri. Igitur quidquid ex priuata pecunia *suffani* & *purpuræ*, *brussati*, *Fritsalis* quoque, seu alterius cuiuslibet optimi generis vel coloris pannorum coëmtere poteris, in sarcinas concludes, aliasque species gloriose, & res pulchras emens, omnia his iumentis in Pomeraniam diriges, partim dona maioribus, reliqua vero, cauta venditione habitâ, premium captiuis, quos in barbaras nationes abductos constituit. Si autem, ut dictum est, ita exequi potuerimus, nec tu nec ego fructu inane ac sine mercede in futura vita remanebimus. Hac etenim occasione equitaturastuas abstuli.

Abiit homo; & quia fidelis ac strenuus erat, omnia, sicut Episcopus ordinauerat, haud segniter impleuit. Muneratur honestiores, institutor Ottonis; laudatur forum eius, ac distractio populo rudi admirationi fuit & exemplo, cunctique certatim rapientes res duplo emebant, tum pro dilectione Pontificis, tum etiam, quia premium sciebant esse redemptoris.

### De Rege Ungarico, & auro quod misit.

#### CAPUT XLVI.

*Timon.*

*Edit. Canis.*  
*lib. 3. cap. 42.*

*De Bela lege*  
*Bonfinium De-*  
*cadis II. lib. 6.*



Is omnibus ad votum Episcopi explicitis, eundem Oeconomum mittit ad Regem Hunorum illum beatæ semper memorie Belam, qui à patre suo Colomanno Rege, cum patre suo Almo Duce, in diebus adolescentiæ, luminibus priuatus, postea in regnum sublimatus est, oculisque fidei ac sapientia mentis præditus, Rempublicam Vngarorum per annos plures gauiter administravit. Certus itaq; de strenuitate ac prudentia Rudolphi Episcopus, cuius memoria in benedictione sit, qui ad